

SECUNDUM

in regnodi · uos autem expelli foras · et uenit ab oriente
et occidente · et aquilone et austro · et accumbent in regnodi ·
Lūc cl xxiij · T MCXCVIIII MR CXI
Et ecce sunt nouissimi qui erant primi · et sunt primi qui
erant nouissimi ·
Lūc cl xxiiij · sol
In ipsa die accesserunt quidam pharisaeorum dicentes illi ·
exi et uade hinc quia herodes uult te occidere · et ait illis ·
ite et dicite uulpi illi · ecce eicio daemonia · et sanitates perficio
hodie · et cras · et tertia die consummor · uerum tamen
oportet me hodie et cras · et sequenti ambulare · quia non
capit prophetam perire extra hierusalem ·
Lūc cl xxv · MT CCXLI ·
Hierusalem hierusalem quae occidis prophetas · et lapi
das eos qui emittuntur ad te · quotiens uolui congregare
filios tuos · quemadmodum auis nidum suum sub pinnis
et noluisti · et ecce relinquetur uobis domus uestra ·
Dico autem uobis · quia non uidebitis me · donec ueniat ·
cum dicetis · benedictus qui uenit in nomine dñi ·
Lūc cl xxvi · X sol ·
Et factum est cum intraret in domum cuiusdam principis
pharisaeorum sabbato manducare panem · et ipsi obserua
bant eum · et ecce quidam homo hydropicus erat ante illum ·
Lūc cl xxvii MT CXVI MR XXV ·
Et respondens ihs dixit · ad legis peritos et pharisaeos dicens ·
si licet sabbatum curare · at illi tacuerunt · ipse uero ·
ad prehensum sanauit eum · ac dimisit · et respondens
ad illos dixit · cuius uestrum asinus aut bos in puteum
cadet · et non continuo extrahet illum die sabbati · et non
poterant ad haec respondere illi ·
Lūc cl xxviii X sol
Dicebant autem et ad inuitatos parabolam · intendens ·
quomodo primos accubitos eligerint · dicens ad illos ·
Cum inuitatus fueris ad nuptias · non discumbas in primo loco ·

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
STAATSBIBLIOTHEK BAMBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek Bamberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbbam_mscbibl93/0216